

ELEGIACA  
POETICAQVE  
In eLapso oCtobrI faC-  
tæ CaptIVItatIs REINERI  
BREVVVER notarII aposto-  
LICI & prætorIls In pfaffenDorff &  
gLesCh patrlæ IVLiaCensIs prope  
Aahr In arCe saffenbVrgensi  
ENARRATIO.

AOA BDT J  
e Vek DIT ro  
Dilides Go eras losl  
Gruel abel tta Z  
Gruel abel tta Z

P E  
D V  
DE  
Don  
nandts  
storff,  
Petch, P  
Ducatu  
Denis, C  
Sere  
C

O R  
Mitto li  
At fa  
Ferreas  
Dirat  
Bella fi  
Dam

PERILLVS TRI  
ac GENEROSO DOMINO;  
**D. PHILIPPO**  
**WILHELMO**  
LIBERO BARONI  
DE BONGARDT.

Domino Temporali in Wi-  
nandtsstadt, Blydt, Vels, Sessingen, Môr-  
storff, Nothberg, Heyden, Bergerhausen,  
Peich, Pfaffendorff & Glesch, &c. Archi-Tribus  
Ducatûs Luxemburgensis & Comitatûs Chy-  
nensis, Camerario Hæreditario Patriæ Juliacenlis,

Serenissimi Principis ac Electoris Palatini  
Consiliario Intimo, Satrapæ in Ca-  
ster, &c. Dômino meo  
Gratiôso, &c.

**O**Rdine fatorum geritur, quod in orbe rotatur,  
Inque vices certas tristia, læta fluunt.  
Mitto libens stygias gentilia fata sub umbras;  
At sacra, Christiadum propria, fata colo.  
Ferreæ, crudelis, vecors, modò tristis it ætas,  
Dirâque bellipotens sceptra Gradius habet.  
Bella fremunt latè, Latium gemit omne sub armis,  
Damnaque flet querulo turbidus amne Padus.

Flens

**F**lens Athesis raucum tetricis immurmurat undis,  
 Et trepidus lenta Adria volvit aquas.  
**M**osa sibi metuit, Scaldisque sub imbre virorum  
 Anxius, incertas fert refluendo vices.  
**F**lebilis anfractu Rheni fluit unda recurvo,  
 Tristitias Batavis expositura suas;  
**I**nque sinum Rheni sociare Mosella dolores  
 Gaudet, ut hoc socio mitius amne gemat.  
**Q**uid memorem bellum fatale binominis Istri?  
 Mœnus inauditis adgemit ipse malis.  
**Q**uis timor obsedit pallens aditusque viasque?  
 Nec via tuta solo, nec via tuta salo.  
**H**æc Elegia tuens infesta pericla viarum,  
 Aut timet, aut justum credit adesse metum.  
**I**re timet, conductus abest, stat prædo paratus;  
 Parva, quid imbellis aptet in arma manus?  
**V**IR G E N E R O S E, tuis Elegia pusilla sub armis,  
 Tuta sub auspiciis credit abire tuis.  
**S**cilicet excuso reputas qui pectore quæsum,  
 Et jubar obscuris irradiare tuum;  
**C**ui genuina micat pietas non sole sub uno,  
 Supplicibus facilem quem Satrapia colit.  
**Q**ui genus omne colis studii ( nam Scrinia Baldi  
 Viva tenet capit is bibliotheca tui )  
**E**t tenuis doctos Elegia sit inter amores  
 Ima, sit in studiis pars quotacunque tuis.  
**D**ebuerat trabeata, graves induita cothurnos  
 Debuerat vultus musa subisse tuos.  
**D**ebuerat cecinisse Genus, quod ducis Aratum,  
 Eximium quantâ Nobilitate Genus!  
**Q**uod tua Majorum claris supereminet Astris  
 Gloria, luminibus nobilitata novis.

Quod

Quid tibi  
 Sepe P  
 Quibus  
 Conflit  
 Sparta ib  
 Imperi  
 Acer eras  
 Abun  
 Menitis in  
 Persec  
 Sed tam  
 Carmi  
 Sacra am  
 Quib  
 Non (eq  
 Das pr  
 Salicet a  
 Cura su  
 Quin etia  
 Mater  
 Dicit; &  
 Imper  
 Nam tib  
 Quam  
 Te quo  
 Regul  
 Ajusat i  
 Et tru  
 Quin ac  
 Te ra  
 Tegue p  
 Accin

Quòd tibi summarum Legatio credita rerum,  
 Sæpe PALATINI lingua manusque DUCIS.  
 Quin luculenta tibi Lunata Colonia testis  
 Consilii, Elektor quando legendus erat.  
 Sparta tibi commissa fuit curare salutem  
 Imperii, merito vota parate Viro:  
 Acer eras, operaque vigil: quid plura? poësis  
 Abnuit immenso credere vela mari.  
 Mentis inops vates, & ineptus Apollo videbor,  
 Persequar in laudes si minor ire tuas.  
 Sed tamen audacis mirabere facta poëtz,  
 Carmine tam querulo divenerantis Herum.  
 Suasit amor, suasit fiducia sola clientis,  
 Qui bona debet Hero qualiacunque suo.  
 Non ( equidem fateor ) meritis lito carmine digno,  
 Das preium vili. *tantie Patrone*, metro.  
 Scilicet ancipiti, carmen cui triste dicarem,  
 Cura subit, proprio jure dicetur Hero.  
 Quiu etiam nonnemo puer mihi vellicat aurem;  
 Materies Domino, quam canis, apta tuo est.  
 Dixit: & alato fugitivus inania rupit  
 Impete; Mercurium, credo, fuisse novum.  
 Nam tibi, si liceat seriem repetisse malorum,  
 Quam posuit crebros sors malefida dolos?  
 Te quoties inimica manus, te ferrea pressit  
 Regula fatorum? sed cecidere doli.  
 Arjetat ira feros etiam lunatica dentes,  
 Et truce lymphatus spumat in ore futor.  
 Quin adeò malesana tuis evertere tectis  
 Te rabies studuit; jam cicurata silet.  
 Téque petens hostis pharetras amisit & arcus;  
 Accino: *tu Nemesi judice victor oyas.*

Quot mala pertuleris, nequeo comprehendere versu,  
 Sive ferenda domi, sive ferenda foris.  
 Te variis anceps exercuit alea damnis ,  
 Te quasi signavit sors malefida scopum.  
 Æmule fortunam sequefis, mala bestia, Iivor,  
 Radis opes sortis, rodis honoris opes.  
 Scilicet ut fulvuni purgatur in ignibus aurum ,  
 Major ab invidia sic tibi fultis honos.  
 Non nisi tentatus poteras Vir surgere Tantus ,  
 Officiosa tibi sic favet urna poli.  
 Invide rumparis rabie, bona causa triumphat ;  
 MAGNE TOPARCHA, notam dexteritatis habes.  
 Tot mala qui passus, querulo nil murmure pulsans  
 Æthera, vicisti latus & usquè tuus;  
 Et patiere. mei monumenta poëtica luctus  
 Postibus inscribi quantulacunque tuis.  
 Fas nec erat nostros alii cantare dolores ,  
 Quam tibi, quo cessans auxiliante dolor.  
 Quin simul ingratum meritis caput esse videbor ,  
 Sic nisi SOTERI gratificabor HERO.  
 Sis mihi Mecænas quidni, cui debeo, quidquid  
 Muneris & PRÆTOR Scribaque lectus ago ?  
 Est aliquid statuisse graves in fronte Patronos ,  
 Ut per iniqua liber retia liber eat ;  
 Zoilus ut mordax, alieni blatta laboris ,  
 Ora premat, nasum rhinocerotis habens.  
 Ne fuge, quod nolim, mediocribus esse PATRONUS ,  
 Sint leviora licet, nil levitatis habent.  
 Ni tamen est audax levitas, tibi scribere versum ,  
 Luctibus insipidum, mole suapte levem.  
 Sed velut Iliadem cytharâ dignatur Apollo ;  
 Et pretium parvis, Magnus Apollo, dabis.

—(o)—

Si veniat placitura mei tantilla laboris  
Portio, restat adhuc plus habitura salis.  
Quin aliquando, nigris erepta diebus & hostis  
Unguibus, indocilis flere, Thalia canet;  
Plenius in laudes pensura Thalia tributum,  
Materiâ lâtis convenientie metris.  
Desuper officii vivam tibi prodigus æqui:  
Vive TOPARCHA diu, vincere vota licet.

Pfaffendorff 8. Aprilis 1703.

PERILLVSTRIS ac GENEROSI  
DOMINI MEI Ec.

Devinctissimus Servus  
REINERUS BREVVER.

# LECTORI.

Cum legis historicam, properè ne sperne, poësin,  
Non peto mæandros, fabula prisca, tuos.  
Gesta cano; nolim peregrino tingere fuso,  
Quæ dolui circa me lacrymanda geri.  
Nec mihi succense, nimium quod aperta poësis;  
Candida de technis verba monentis habet.  
Incidit in foveam (monitu declarat) amicus,  
Vos toveam cautè præterabire, monens.  
Si qua vides mendosa; scias, in carcere scripsi  
Pieriis tecum verba ligata modis.  
Tu cave, ne tecum discas metra scribere vincitus:  
Alterius damno qui sapit, ille sapit.

# Z O I L O.

Cum fleo, tu rides ridende poëta; placerem,  
Si quoque ridendus, qualis es, esse velim.  
Displicuisse placet; fatuus ridet sine causa,  
Elleborum medicus risibus apto tuis.  
Rxfgbuxf qxsksk skefsf, xfogkdb uxsskt  
Tku nfekdkob, epdfot gmfss nbhktusb opdfot.

Parve



**B** Arve (nec in video) sinè me liber  
ibis in arcem  
Saffenburg, narres qualia metra canam.  
Vade, ted incultus, qualem decet exu-  
lis esse,

Infelix habitum temporis hujus habe.  
Nec te purpureo velent vaccinia succo;  
Non est conveniens lu&stibus ille color.  
Néve litorarum pudeat; qui viderit illas,  
De lacrymis factas sentiat esse meis.  
Vade liber, verbisque meis loca dicta saluta,  
Liberior Domino tu potes ire tuo.  
Quidquid ibi vidi, dices, quæ digna notatu,  
Tempore quo mansi captus in arce miser:  
Si qua meo fuerint, ut erunt, vitiosa libello;  
Excusata suo tempore Lector habe.  
Captus eram, requiesque mihi, non fama petita est,  
Mens intenta suis ne foret usque malis.  
Hoc est, cur cantet vincitus quoque compede fossor  
Indocili numero, cum grave mollit opus.  
Cantat & innitens limosæ pronus arenæ,  
Adverso tardam qui trahit amne ratem.  
Quique refert pariter lentos ad pectora remos,  
In numerum pulsâ brachia pulsat aquâ.  
Fessus ut incubuit baculo, saxoque resedit  
Pastor, atundineo carmine mulcet oves.  
Canticis pariter, pariter data pensa trahentis

Fallitur ancillæ , decipiunturque labor.  
 Fertur & abducta Briseïde tristis Achilles  
     Hæmoniâ curas attenuasse lyrâ.  
 Cùm traheret sylvas Orpheus & dura canendo  
     Saxa , bis amissâ Conjugæ mœstus erat.  
 Me quoq; Musa levat , Saffburg loca jussa petentem ,  
     Sola comes nostræ perficit illa viæ.  
 Sola nec insidias inter , nec militis ensem ,  
     Nec mare , nec ventos , barbariemque timet.  
 Nunc opus aggredior , fidibusque fidelibus æquam .  
     Te precor , acceleræ præfes Apollo manum .  
 Excipe pacato , Lector gratissime , vultu  
     Hoc opus : & timidæ dirige navis iter.  
 Bis decies numera , quibus & superadditum octo ,  
     Iudicat Octobris quæ fuit illa dies :  
 Quâ sacrâ requiescit humus , requiescit arator ,  
     Et grave suspenso vomere cessat opus .  
 Exeo fortè tuis , Lunata Colonia , portis ,  
     Terga sedet fido post meâ frater equo .  
 Exeo , laudandum passum faciente caballo ,  
     Et quatiente solum quadrupedante gradu .  
 Malaten , Münghsdorff , Brauweiller , Gleis , Oberausse  
     Transiimus ; Bethlehm jamque videre licet .  
 Est locus in sylvis , numerosa fronde superbus ,  
     Seraphico Cœtu jure superbis ager .  
 Quantus ager ! Cortina cui nil Delphica certat ,  
     Nil Dodonæum , fabula prisca , nemus .  
 Te Pater Antoni Kopff Lector , amœna vireti ,  
     Te Domus ista colit Religiosa Duce .  
 Præside Te pietas augescit , honosque MARIA ;  
     Impiger es fabricis invigilare novis .  
 Diruis , ædificas , mutare quadrata rotundis ,  
     Perge Domus Domini rare Zelator ! amas .

Hic

Hic Crux  
 Conde  
 Campus e  
 Syriac  
 Exevelut  
 Aut niv  
 Sie Beuthi  
 Catera  
 Ex impro  
 Voce b  
 Vel Te p  
 Nil da  
 Ut vidi  
 Frigid  
 Me minor  
 Vix alii  
 Immane o  
 Antonin  
 Cindia  
 Forma  
 Argenti c  
 Quod t  
 Quid faci  
 Vocifer  
 Effugiam  
 Tum p  
 Quid ! cù  
 Adven  
 Sare Djeu  
 Quale e  
 Adquie sic  
 Civis e

Hic Crucis eretum lignum dum cerno, saluto,  
 Condere jam vultus Sole parante suos.  
 Campus erat, campi cladebant ultima colles,  
 Sylvaque montanas occulere apta feras.  
 Ecce velut torrens undis pluvalibus auctus  
 Aut nive, quæ Zephyro vieta repente fluit:  
 Sic Beuth illud iter latis discursibus implet,  
 Cætera virgultis abdita turba latet.  
 Ex improviso me invadit Partisan altâ  
 Voce boans: *Arret! ne moveare loco:*  
 Vel Te pro certo lethali glandine tangam,  
 Nil doctam facies effugiendo manum.  
 Ut vidi, aut certè cùm me vidisse putarem,  
 Frigidior glacie, semi-animisque fui.  
 Me minor ipse tremo, verso color exulat ore;  
 Vix aliquid toto pectori mentis erat.  
 Immane obstupui, præcordiâque intima sensi  
 Attonitus curis intremuisse novis.  
 Candida nec mixto subludent ora rubore,  
 Forma novi talis marmoris esse solet.  
 Argenti color est inter convivia talis,  
 Quod tactum gelida frigore pallet aquæ.  
 Quid faciam? pugnem? periturus glandine tangar?  
 Vociferer? strictus, qui vetet, ensis erat.  
 Effugiam? appresilis urguntur pectora palmis,  
 Tum primùm hostili pectora tacta manu.  
 Quid! cù fratre cado, stat equus, nec currere tentat,  
 Advenit interea Partisan ore fremens:  
 Sacre Djeu! quæ causa viæ? quæ nomina vestra?  
 Quale est officium? quóve tenetis iter?  
 Ad quæ sic breviter, sed blanda voce locutus:  
 Civis ego in Berchheim, notus in urbe mea.

Sibenè Te novi, non es, sed Prator in Arce  
 Pfaffendorff & Glesch, replicat ille mihi.  
 Error hic est, dixi, lævum nego, pernego dictum;  
 At jubeor, perdens irrita verba, sequi.  
 Quid mihi tunc animi credis, peramande fuisse  
 Lector? id ex animo collige quisque tuo.  
 Pergimus ad sylvam, miles latitabat ibidem,  
 Arrepens tacito, quæ data signa, gradu.  
 Quo facto privare suis est, Partisan inquit,  
 Moris captivos, annuit omnis: ita.  
 Strophiolo, cultro, signeto, pectine, nummis,  
 Et precibus saccos ipsem et exonero.  
 Hispano privor baculo, mihi pignus amoris  
 Quem Rhenoberæ grata puella dedit:  
 Et denudatur calcaribus ocrea acutis,  
 Ne possim celeri subdere calcar equo.  
 Et mea privatur mucrone sinistra, misertus  
 Diceret ut quivis: captus inermis hic est.  
 Engelberta tremens spectas hæc omnia frater,  
 Tandem hac dimissus conditione tamen;  
 Ne quidquam verbis, quæ videris, illa reveles,  
 Si pecces; mortis pena luenda tibi!  
 Et flésti & nostros vidisti flentis ocellos,  
 Misericordia lacrymas mœstus uterque suas.  
 Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,  
 Ut tua sunt collo brachia nexa meo.  
 Oscula plura tibi, mandataque plura dedissem,  
 Et sunt, quæ volui dicere, plura tibi.  
 Raptus es hinc præcepis, & qui mandando vetabat,  
 Nomen habens Budæ, non ego, Doctor erat.  
 Heu nimium nobis tempus breve, tempus iniquum!  
 Solvor ab amplexu, frater amande, tuo.

Linguaque mandantis verba imperfecta reliquit :  
 Vix illud potui dicere triste : vale !  
 Cum Sol crescentes decedens duplicat umbras ,  
 Demere purpureis cum juga vellet equis :  
 Gressibus ex sylva lentis discedimus omnes ;  
 Ascendo lastum totus inermis equum ;  
 Quem miles dicit , nec permittuntur habent ,  
 In Gleß directum tendere mandat iter .  
 Cum prope jam ventum est , secedas ; Partisan inquit :  
 Interea te cum milite sylva tegat :  
 Donec ego Regis mandata peregero nostri ;  
 Incola Gleßensis plurima damna feret .  
 Protinus abscedit magnâ stipante catervâ ,  
 Et fert suspensos in nova furtâ gradus .  
 Frangit Gleßenses portas , prædatur , equosque  
 Abducit , prædâ divite onustus abit .  
 Diffugiunt versi trepido terrore coloni ,  
 Nec dare terga fugæ dedecus esse putant .  
 Obvius Arnoldus fit rusticus , alter Oberrhem  
 Insequitur , capti fune ligantur , ita ;  
 Amborum ut validis stringantur brachia nodis ,  
 Et miseri possint vix pede carpere iter .  
 Allons ! Marché , ajunt : tenebroso tempore eundum ,  
 A nobis lento sylva terenda pede est .  
 Ductor præcedit , cuius vestigia , cinctus  
 Milite turmatim parte ab utraque , sequor .  
 Post me captivi ducuntur fune ligati ,  
 Illos custodit cætera turba sequens .  
 Nox ubi jam media est , somnumq; silentia præbent ,  
 Lunaque nocturnos alta regebat equos :  
 Non procul albebant flaventibus hordea culmis ,  
 Illuc incepsum continuatur iter .

Intramus raris habitata mapalia tectis,  
 Nam paries lento vimine textus erat.  
 Partisan exclamat: pellat jejunia quivis,  
 Fessaque nunc gratis membra fovete cibis.  
 Apposita est nobis compressi copia lactis,  
 Debuimus dulci lacte levare sitim.  
 Rusticus interea sopitos suscitat ignes,  
 Et facit, ut claro luceat igne focus.  
 Postquam nunc omnes penetranti fessa levârunt  
 Membra calore, datum continuamus iter,  
 In nemus & piceis & frondibus ilicis atrum;  
 Vix illuc radiis solis adire licet.  
 Inter equos taciti requievimus arbore tecti,  
 Mixtaque cum foliis præbuit herba torum.  
 Conticuere, sopor fessos complectitur artus,  
 Lumina cum placido victa sopore jacent.  
 Sum vigil & tempus noctis vigilatur amaræ,  
 Nec tener in trepido pectore somnus adest.  
 Vix referata dies spargebat lumine sylvam,  
 Et dederat Phœbo stella fugata locum:  
 Exurgit miles, fugit omnis inertia somni,  
 Ad Ducas imperium quilibet arma probat.  
 Abstrusum silicis venis hic excutit ignem;  
 Quem combusta tenent lintea fila togæ.  
 Fumigerum pleno sic evomit ore Tabacum,  
 Ut fumus lentim sidera celsa petat:  
 Alter reliquiis vini solatur adusti  
 Curam, alter tostâ corpora carne replet:  
 Cum levat hic stomachum latrantem cum sale panis,  
 Oraque cum sitiens arida fonte levat.  
 Pascuntur, sed equi vulsis radicibus herbæ,  
 Nullum gramen erat, raraque avena loco.

Jam-

 Jamque  
 Inque  
 Griffio  
 Ulter  
 Quidquic  
 Quo p  
 Syracas  
 Exclu  
 Horrente  
 Squal  
 Efructi  
 Prolef  
 Janque  
 Ultimi  
 Conspic  
 Huc pa  
 Pandict  
 Nobis  
 Nos hil  
 Ingeni  
 Currit &  
 Nobis  
 Evacuata  
 Gratua  
 Large mu  
 Ruffica  
 Miles era  
 Potat  
 Sub Jove  
 Sant q  
 Parisibi p  
 Delupe

Jan  
Jamque dies medius tenues contraxerat umbras ,  
Inque pari spatio vesper & ortus erat :  
Gressibus heu ! rursus furtivis cogimur omnes  
Ulterius cœptam continuare viam .  
Quidquid ubique vides , densa est niger ilice lucus ,  
Quo possis viso dicere , numen inest .  
Sylva capax ævi , validaque incurva senectâ ,  
Exclusæ lucis pallet imago nigrans .  
Horrentesque rubos & amantes ardua dumos  
Squalere hic duris sentibus arva vides .  
Et fruticosa alibi crepitant virgulta susurro ,  
Prosequimur nostram per loca dicta viam .  
Jamque dies præcps , montes umbrantur opaci ,  
Ultima pars lucis , primaque noctis erat .  
Conspicimus forsitan fumantia testa coloni ,  
Huc passu lento est instituenda via .  
Panditur extemplo foribus domus atra revulsis ,  
Nobis defessis hospita testa patent .  
Nos hilari vultu pergratus suscipit hospes ;  
Ingerit ardenti grandia ligna foco .  
Currit & ad cellam , profert sacra munera Bacchi ,  
Nobis præsentans pocula plena meri .  
Evacuata replet , repleta dat illa bibentî ,  
Gratum potandi continuatur opus :  
Largè multipli constructæ sunt dape mensæ ,  
Rustica Kirmisæ festa fuisse putem .  
Plebs erat : & virides passim disjecta per herbas  
Potat & accumbit cum pare quisque sua .  
Sub Jove pars durat , pauci tentoria ponunt ,  
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est .  
Pars sibi pro rigidis calamos statuere columnis ,  
Desuper extensis imposuere togas .

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,  
 Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.  
**I**llic inveni, qui Nestoris ebibit annos,  
 Quæ sit per calices facta Sybilla suos.  
**I**llic cantabant, quidquid didicere leporum,  
 Jaçabant faciles ad sua verba manus.  
 Ducebant posito duras crateres choreas,  
 Saltabat sparsis virgo petulca comis.  
**H**i ludunt, hos somnus habet, pars brachia necit,  
 Pars jacet & molli gramine membra levat.  
**C**um redeunt, titubant & sunt spectacula vulgi,  
 Et fortunatos obvia turba vocat.  
**O**ccurrerit nobis ( visa est mihi digna relatu  
 Pompa ) senem potum pota trahebat anus.  
**Q**quam citò non periit vix hæc gustata voluptas,  
 Cum sonat ingrato Partisan ore : vite.  
**H**inc discedendum, cœlo nam luna sereno  
 Splendet, nunc omni ex parte videmus iter.  
**P**er vaga camporum debemus vertere cursum,  
 Per juga, per valles multicomumque nemus.  
**V**ix hæc effatus, solvit quæcumque petebat,  
 Hospes, largitur divite dona manu.  
**Q**uerit, an inveniat manifestæ signa rapinæ,  
 Cum sint nonnulli, queis piceata manus?  
**F**inierat : placido sic hospes reddidit ore :  
 Sint Superis laudes, singula salva scio.  
**P**ro te sollicito cœlestia Numinæ votis,  
 Sit superis, opto, mutua cura tibi.  
**C**um nox obscurâ texit caligine terras,  
 Frigida cum tacita tempora noctis eunt;  
**I**ntranda est nobis longo spelunca recessu  
 Abdita, vix ipsis invenienda feris.

Valle

Valle sub umbrosâ locus hic aspergine multâ  
 Humidus ex alto desilientis aquæ.  
 Fronde super vîridi capimus de nocte quietem ,  
 Membraque concessò fessa sopore jacent,  
 Ast immatûre somnos fera cura molestat ;  
 Vix appetet enim sol radiante comâ :  
 Excutimus dulces somnos, abituimque paramus ,  
 Debemus reliquam continuare viam.  
 Fors sese nostris offert urbs Reimbach ocellis ,  
 Huc iter insequimur , lignea porta patet.  
 State viri ( vigil exclamat ) quîve estis in armis ?  
 Huc pacem fertis ? fertis an arma simul ?  
 Pacificum ( replicatur ) iter tentamus in urbem ,  
 Æra parata dabo, si quid habere velim.  
 Hûc intrare licet nobis Prætoris in ædes,  
 Inscriptum posti distichon illud erat :  
*Hæc domus odit, amat, punit, conservat, honorat,*  
*Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos.*  
 Accurrit prætor, vinum præsentat adustum ,  
 Promit & è cellis Bacchica dona suis.  
 Non potui dulci vino dispergere curas :  
 Filius ad matrem tristia verba dabam :  
 Quam legis, à capto Breüero litera vénit ,  
 Vix bene, sed tremulâ littera scripta manu.  
 Quascunque aspicies, lacrymæ fecrè lituras ,  
 Sed tamen hæ lacrymæ pondera vocis habent.  
 Vade salutatum subito perarata parentem  
 Littera, sermonis fida ministra mei.  
 Quidquid agis, cum me sciéris venisse, relinque  
 Mater cur veniam ? quidve, require, novi ?  
 Vivere se dicit, sed sic ut vivere nolit ,  
 Nec mala tam longâ nostra levata morâ

Et mihi flens dixit, tu, cui licet, aspice matrem ;  
 Heu quanto melior fors tua sorte mea est !  
 Tristitia causam si quis cognoscere querit :  
 Postulat immuni se pede posse frui :  
 Dic facerent ut in am, talis status esset in illo ,  
 Ut non tristitia causa dolenda foret.  
 Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros,  
 More nec indomiti frena recusat equi.  
 Nec fore perpetuam sperat sibi Numinis iram ,  
 Conscius in culpa non scelus esse suum.  
 Deinde refert, sit quanta Dei clementia, cuius  
 Se quoque in exemplis annumerare solet.  
 Nam, quod adhuc sanus, quod non sit glandine tactus  
 Denique quod vivat, munus habere DEI.  
 Nec patriam magis ille suam desiderat, & quae  
 Plurima cum patria sentit obesse sibi.  
 Quam vultus oculosque tuos, o dulcior illo  
 Melle, quod in ceris attica ponit apis ;  
 Verba solet, vultumque tuum, gemitusque referre,  
 Et te flente suos demaduisse finis.  
 Pro quibus affirmat fore se memorēmq; piūmque ,  
 Sive diem videat, sive tegatur humo.  
 Longior infirmum ne lassem littera corpus ,  
 Clausaque consueto sim tibi fine : vale !  
 Littera scripta fuit : recitari partisan illam ,  
 Ne qua latere queat fraus nocitura, jubet.  
 Nec mora : dente cibos avido post tristia carpo  
 Otia, frugales mensa benigna dabat.  
 Quin etiam geminis fastidia diluo vinis ,  
 Una vitris albent, altera vina rubent.  
 Jamque sitim potu gemino, jejunia victu  
 Fregimus, in jussum turba redimus iter.

Hospes

 Hospes  
 Qua  
 Pergim  
 Ante  
 Mor Pa  
 Quic  
 Omnim  
 Alt  
 O Deu  
 Qua  
 Ante di  
 Te p  
 Un fa  
 Qua  
 Sibi G  
 Nef  
 Eripe G  
 Quo  
 Nolum  
 Utr  
 Salvus  
 Ligu  
 Vota pe  
 Con  
 Non ita  
 Gran  
 Miffa p  
 Heu  
 Ut PAT  
 Nos  
 Me sim  
 Sig

Hospes erat Prætor Reimensis, utrāque recusans  
 Quæ dabant ob sumptus Partisanæ manu.  
 Pergimus ex portis taciti, vix ivimus horam  
 Ante oculos ⁊ E S U sacra Capella venit.  
 Mox Pater accitur, sacris operatur ibidem,  
 Quisque precaturas tendit ad astra manus.  
 Omnibus oratur, vario discrimine vocum,  
 Ast ego mentalem volvo, revolvo preceri.  
 O Deus ô hominum divumque suprema potestas,  
 Quem pavet incurvo Styx tremebunda genu!  
 Ante duas ægros gemitu prosternimur aras,  
 Te penes & gemitus pondera vocis habet.  
 Una salus miseris, turbam miserare precantem,  
 Quam rapit è patrio nequior hostis agro.  
 Si tibi Germanus niveo stat pectori candor,  
 Ne sine, germanæ pondus abesse preci.  
 Eripe Germanos, hostilibus eripe dextris,  
 Quos manet immeriti dira procella mali.  
 Nolumus, ut stygiis Prædo cadat hostia flammis,  
 Ut' trisulca libres vindice tela manu.  
 Salvus eat, quo cunque lubet, modò visere nobis (Cer.  
 Liquimus inviti, / patriæ tecta licet.  
 Vota polo quot amara tuli, suspiria duxi?  
 Conglomerare preces igneus ardor erat.  
 Non ita Prædator Gallus, sed atrocius orans,  
 Grates pro captis, pro spoliisque refert.  
 Missa peracta fuit, cùm longius ire jubemur:  
 Heu nimium surdos in mea vota polos.  
 Ut Pater Edmundus, claustræ pro tempore Praeses  
 Nos videt hinc gressum ferre, valere jubet.  
 Me simul ac vidit, sortem miserantis acerbam  
 Signa dedit, miserum fronte oculisque sequens

Cer.

Cernimus hic frutices & opacos arbore lucos,  
 Per juga, per valles triste tenemus iter.  
 Jamque per abruptos montes, per iniqua viarum,  
 quâ nemus innumeris collibus horret, itum :  
 Cum procul ancipites oculos subit arcis imago,  
 Marckensem Comitem, que veneratur herum.  
**A**rx ea Saffenburg, spoliis famosa, vocatur,  
 Non trahit à dulci nomen inane mero.  
 Succus enim generosus inest, ac spiritus uiris,  
 quas foget irriguis *Arrhius* amnis aquis.  
**A**rx spectanda situ, rupi supereminet altæ,  
 Pluribus ac unâ non adeunda viis.  
 Nam, quâ vallis hiat, natura magistra præaltam  
 Eduxit molem, scandere nemo potest.  
**A**rrhius oppositum Castrum latus alluit aminis,  
 Cum tumet, huic *Salmo* creberi inerrat aquæ.  
 Dein reliqui montes arcem quasi mœnia cingunt,  
 arx aciem longè, non prope visa, fugit.  
**A**rx tamen est laceræ compar in imagine *Trojae*.  
 Sedis equestris enim vix simulacra refert :  
 Mercurio sedem potius, si vivere rapto  
 Fert animus, Marti sive dicare velim.  
 Scandimus in montem, *Qui* vif vigil inclamabat ?  
 Reddita *Françaises* vox peramica fuit.  
 Panduntur portæ, capiunt stabula alta caballos,  
 Nos ubi Præfetti ducit ad ora vigil.  
 Ad loca plena metus timido procedere passu  
 cogimur, it trepidum lastra per ossa gelu.  
 Ingredimur conclave, vigil quod monstrat apertū,  
 Cellula Præfeti familiaris erat.  
 Quale supercilium, quot atrocis signa furoris ?  
 Tam gravis in mores haud *Cato Censor* erat.

*Vos, ait, imbelles animæ, Vos turba rebellis !*

Dicite, quis Vobis sualit inausa stupor ?

*Rex meus, Europa Domitor, non talia perfert,*

*Cui, nisi parendo, nemo placere potest.*

Credite, qui justè mandata tributa negâstis,

Credite, Rex vobis mitia fata negat.

*Est locus in Castro picea caligine tectus,*

*Non nisi frenandis cella statuta reis.*

Nomine quæ proprio condicta *Venefica Turris;*

*Si magiam vultis scire, docere potest.*

Hic sinè custodum strepitu requiescere vobis,

*Ni pavidos terrent spectra putata, licet.*

Hic dabitur vobis sat aquæ, bucellaque panis,

*Hæc parat hanc captis œconomia penum.*

Heu mala sors ! inecum tacitus sic ipse loquebar,

*Hæcine verborum fulmina, prima salus ?*

*Gratia Gallorum, pietas quo prisca recessit ?*

Error hic est : *Gallos byssina verba loqui.*

Sum custoditus tanquam sacra Lipsana : quare,

Dicite, ni vobis gratior hospes eram ?

Heu quoties mecum querulo sic pectore verso,

*Hæcine quam dederat Partisan antè, fides ?*

Nil patière mali, dixit, mensâque fruérис,

*Quâ fruor, indignos, vir bone, mitte metus.*

Non silicis venas præcordia Gallica ducunt ;

Rumor enim vero plus feritatis habet.

Sic ubi Commandans tonuit, *Buck nomine, clarus*

*Sanguine, Kerpenſi non procul arce satus :*

Cum quoque *Lucateno Vandenter amara minarum*

*Ad dedit, alternis deproperata choris :*

Compositus tandem noctitura silentia rupi,

*Et tremulo fudi, quas licet, ore preces.*

Parcite

Parcite, si qua meis restat pia gratia dictis,  
 Non scelus, at sortis nos facit urna reos.  
 Læsimus haud Regem ( nec enim laddenda Deorum  
     Numina ) Principibus subdita turba suis.  
 Parcite supplicibus, clementia regnet in armis,  
     Nec leo subjectis est fera cruda feris.  
 Ira minax tandem in mediis deserviit iris,  
     Ut solet in tumido fracta procella freto.  
 Lucateno, Budam dicunt, cui præda dabamur,  
     Fida dein Captis commodat ora suis.  
 Hæ valuere preces: jubeor prandere, sedetur,  
     Dat mihi, Præfecto quas bona mensa dapes.  
 Mœstus eram, fateor, patriæ memor, oraque buxo  
     Pallidiora gerens; at simulare juvat.  
 Prandeo, cumque simul curis data vina levandis,  
     Macte bibo, roseus purpurat ora color.  
 Sic ubi pransus eram, perfertur Epistola Bonnam,  
     Allegro prædæ nuntia facta novæ.  
 Præda putabatur locuples, Castrensis habebar  
     Munere Praefectus, quidquid id esse negem.  
 Sed tamen hæc tituli fastidia solor, opinans:  
     Error erit felix, nomine dignus honor.  
 Forte Gubernator verbis mihi comibus instat,  
     Moreque Gallorum verba polita facit:  
 Meque tuens dixit, variato tædia vultu  
     Ne sedeant, medico sunt abolenda mero.  
 Vina jubet meliora dari, data pipa tabaci,  
     Parsque refrigerii vultus amicus erat.  
 Dimidium sortis melioris habere putabam,  
     Arida non cassis littora bobus arans.  
 Incipio narrare statum ( data copia fandi )  
     Cum studiis vita fila retexo meæ.

Cumque

Cumque Gubernator facilis babit aure querelas ;  
 Ne timeas, dixit, non tibi dempta salus.  
 Non tibi, quod stipulor, Gallus dominabitur unquam,  
 Si sequeris : tuto res tibi salva loco est.  
 Mox ego, quo poteram, candore rependere grates,  
 Obsequii spondens plausta trecenta mei.  
 Sol ubi jam prono defessus in æquora curru  
 Misit equos, cœnæ me simul hora vocat.  
 Gallica puls cœnam levioribus occupat escis,  
 Mox bovis accedit, mox ovis assa caro.  
 Frigida nec laetitia deest, quæ temperet haustus,  
 ( Multus huic vino creditur esse calor )  
 Denuo post cœnam bibitur, fumatur ad ignem,  
 Vina dein plenis dantur adusta vitris.  
 Mox cubitus eo, stragulæ cum stramine dantur,  
 Sunt duo custodes decurioque mihi.  
 Me timuisse putes ? recubo componere somno  
 Lumina, nec fugit strata molesta sopor.  
 Dormio, dum terras rediens irrorat Eous,  
 Aggredior duro membra levare toro.  
 Egredior, Præfектus adest, pro more saluto ;  
 An bene dormisti ? comiter ille rogat.  
 Perbenè, replicui : nec enim pigra somnia tardant,  
 Quæ subi longæ tædia longa viæ.  
 Ergo mihi Præfектus ait : cape, quidquid adiusti  
 ( De meliore nota crede ) propino meri.  
 Prenso vitrum facilis, nec amicis obstrepo jussis,  
 Ore probans haustum laudo, probansque bibo.  
 Rusticus interea geminus, mihi fidus Achates,  
 Instruit accensum per nova ligna focum.  
 Assideo ; cum forte rogor, norimne coquinam ?  
 Reddo : nihil didici sordida jura coqui ;

Addo

Addo jocans : quisquis doctus cupit esse coquendi  
 Arte coquus ; Domini debet habere gulam.  
 Lucateno replicat Vandenter , ut ergo coquendi  
 Credita cura mihi , nil variata manet ;  
 Fatalabunt aliquando Dii meliora , coquumque !  
 Et sua præcinctus munia gnavus obit.  
 Ne tamen indignus carpsisse per otia victum  
 Dicar , ut immeritus pabula carpit equus ;  
 Nostra manus carnestepidi despumat aheni ,  
 Jussaque commiscet crebra pugilla salis.  
 Excorient rapas , segmentaque tenvia panis  
 Agricolæ scindant ; impero jussus ego.  
 Imperiis fruor ipse meis , prandere vocatus ;  
 Non etenim fallis mœror acerbe famem.  
 Non stolidus certè stomachus sibi consulit escis ,  
 Dissimulans proprii flebile vulnus heri.  
 Dum solito mensis acroamate : Vive le Roy  
 Luditur ; invita murmur in aure crepat.  
 Astululans ululante lupo , qui vive , repono ;  
 Et tua pota fuit , Quinte Philippe , salus.  
 Nomina succedunt gravium famosa virorum .  
 Gallia quos celebrat , nomina crebra Ducum.  
 Deinde Palatinus resonat per pocula Princeps ;  
 Et Baro de Bongardt , Satrapa , noster Herus .  
 Pocula tanta bibi , nec erant mihi pocula noxæ ,  
 Quæque parabatur crapula , nulla fuit.  
 Agmina curarum Domini sub jura Lyæi  
 Ire vetant , plenis si bibo vina labris .  
 Mensa reducta fuit , fumatis herba subivit ,  
 Herba mihi tetricos docta levare dies .  
 Interea cursor , titan ubi currere cessat ,  
 Nuntia fert , incœstis nuntia scripta modis .

Imma-

Immaduisse putem lacrymis, quæ littera vénit,  
 Littera fortunam querere missa meam.  
 Nam mea sors vulgi malefida per ora volando  
 Auxerat, ut niveus crescit eundo globus.  
 Sifyphiam credebar Ego quasi volvere molem,  
 Aut sitiens medias Tantalus inter aquas.  
 Qualis amicorum pietas, quæ gratia capti,  
 Rebus in adversis littera testis erat.  
 Denique cursorem, cuius mihi facta potestas,  
 Ad patriam, remanens ipse, remitto domum.  
 Nec mea, quo poteram, tristi mala carmine scripsi,  
 Ipse meis nolens ingemuisse malis;  
 Et simul afflictos affigere nolo parentes,  
 Et mihi sponte datas spernere nolo dapes.  
 Cœna dein sequitur, dignum nihil illa notatu,  
 Ni vigilum clamor quod geminetur, habet.  
 Me tamen haud turbant vigiles, lectumque petentis  
 Occupat inüssus lumina fessa sopor.  
 Cūmque decem tenuere dies hæc oria; quantum  
 Absque labore fuit res operosa mihi!  
 Cor mihi curarum vario dum fluctuat æstu;  
 Ecce tibi, quantum providus ordo poli!  
 Ecce tibi, veniunt Sacri duo Lumina Cœtūs  
 Seraphici, Cœtūs Præses uterque sui:  
 Bethlemius Kopff alter erat, mihi sanguine junctus,  
 Alter Blitterstorff Arvillerensis erat.  
 Gratulor ipse mihi, geminum Sotera salutans,  
 Par velut Angelicum testa subisse ratus.  
 Buck ubi Commendans, pariter Vandenter amico  
 Excipit hos gestu, spes mihi quanta subit?  
 Mox ubi Vandenter, studii vir amantior, audit,  
 Theologæ Lector Kopff quia rarus erat:

Est bene, dicebat, doctæ mihi Palladis artes  
 Corde sedent, studium me renovare juvat.  
 Congrediamur, ait, pugiles non marte, sed arte.  
 Hæc sinè fundendo sanguine crisis erit.  
 Lovamii quondam Primum schola docta salutans,  
 Si mihi quid reliquum fecit in arte, probem.  
 Non negat innocuum Lector subiisse duellum,  
 Ferbuit horarum crisis amica trium.  
 Scibile quidquid erat, studiis eventilat æquis  
 Æmula vis; partem laudis utrique ferunt.  
 Lis mihi dulcis erat: tandem miserebar, in armis  
 Militis ingenium delituisse novum.  
 Quidquid id est, numeros generosi militis implet,  
 Et documenta dedit crebra, quid arte queat.  
 Monhemii Praefecte recens abducte, quid artis  
 Noverit, ulterior dicere Rhene potes.  
 Sicca supinandis indulta nec otia vitris;  
 Bacchus at immemores non sinit esse mei.  
Qui mea libertas curanda, quid obstet, amicè  
 Discutitur; nullus scitur in arce modus.  
 Ergo Gubernator Bonnam jubet illa referri,  
 Sol ubi mane novos sub juga mittet equos.  
 Inte ea vacuo fabricabar in aëre, quidquid  
 Fingere spes audax, sed malefausta, potest.  
 Lumine cùm terras rediens aurora salutat,  
 Sacra legunt gemini, pignora grata, Patres.  
 Miles adest jussus, sacrâisque precatuſ ad aras;  
 Jentatur, poterat me satiare dolor.  
 Ergone, pensabam, geminis divellar amicis?  
 Quos dedit alba dies, sors neget atra mihi?  
 Scilicet hic restat misero dolor, re quibuscum  
 Spes micuit, solos hinc rediisse Patres!

Infandum abscedendo jubes renovare dolorem  
 Care Nepos? lacrymæ dicere plura vetant.  
 Quid faciam? culpare malum jam cesso ferendum;  
 Fert levius, quisquis fert tolerando, malum.  
 Familiaris adhæc Gallus mihi dixit in aurem:  
 Nil poteris nostrâ de feritate queri.

Hinc mihi nata fuit miseris fiducia rebus,  
 Et mihi liberior campus in arce pater,  
 Quà via facta, vigil quòd comitatur euntem,  
 Qualis hero famulus, jungitur ille mihi.  
 Hic mihi quòd fiat conductus, honoris id, ajunt,  
 Esse novi; quanquam suspicionis erat.

At reputo, quantò satiùs foret ire solutum?

Tale satellitium non honor est, sed onus.

Sic tamen, ut cœpi, pergo speculator in arce,

Obvia sunt oculis plurima facta meis:

Qui situs est arcis, munitio, rupea moles,

Valla, labor, rivus prætereuntis aquæ.

Hæc mihi libertas speciosa, nec aurea, favit

Quinque per hebdomadas: seria nitto procul.

Ex geminis (quidni faciam?) minus eligo damnis,

Cum sociis comedo. cum sociisque bibo.

Sunt mihi Ductores, primaria gloria Castris,

His ego, ceu fratres; foedera Bacchus alit.

Buda deinde redit, talem cui debeo vitam,

Præda cui Godenavv Nobilita acta finit;

Et duo captivi, novit Nova Villa colonum

Et comitem, teatum quos ibi pavit idem.

Quam tulimus, retulere parem trias illa salutem,

Nec stetit in vacuis vox truculenta minis.

Fulgura verborum sequitur grave fulmen, in atræ

Dum miseris turris concava, sporta vehit.

Terruit atra specus, lacrymisque precantur obortis,  
 Parcite : sed madidæ nil valuere preces.  
 Sors miseranda meos quantum tremefecerit artus,  
 Conjice , cùi similis fors subeunda fuit.  
 Jámque dies paucos tenuère cubilia turris  
 Nigra ; Recollecti cùm redière Patres.  
 Præ reliquis crebrò veniunt me visere captum  
 Ex Adenav Præco Vicariūsque pii.  
 Patribus , inclusos turri miseratus , abutor ,  
 Ferre patrocinium téisque quatérque rogans ;  
 Expertusque mali , miseris succurrere disco ,  
 Ipse miser , quamvis inferiore gradu .  
 Annuitur precibus , turri relevantur opacā ,  
 Luridus hanc turrim squalor & horror habet.  
 Tertius è captis , spuriū quem fama notavit ,  
 Præsidium , fugiens turris , ab arte petit ;  
 Sum juvenis , dixit , validi sum floridus ævi ,  
 Arma deinde sequar , rustica vita vale .  
 Tiro fit , & totam per inobservatus it arcem ,  
 Nostenet obductis triste cubile seris .  
 Solus ut induerem monachū , mihi deēsse cucullus  
 Hic poterat , passer ceu caveatus eram .  
 Hic didici , natale solum dulcedine quanta  
 Metrahat , Hyblæum mélque favūmque super ,  
 Hæc fortuna tamen poterat toleranda videri ,  
 Ut male contento mitiūs ore querar .  
 Excipit hanc casus ( sanè nova causa dolendi )  
 Barbarus & verè ferreus ille fuit .  
 Quem cecini , spurius tacito pede fugerat arce  
 Callidus , éltque dies Solis amica fugæ .  
 Vix fuga nota fuit ; Vandenter atrocissimis artis ,  
 Crevit ab inducta iuspicio furor .

Vos, ait, authores profugo suisistis abire,  
 Consilii poenas turba proterva dabis.  
 Huc agè miles, ait pandenda Venefica curris,  
 Crimine lurconum digna magistra trium;  
 Expediunt funem, miseri tres fune ligati  
 Mittimur in turrim collacrymando nigram.  
 Flendo, precando juvat rabiem placare furentis,  
 Supplicibus parcit non tamen iste leo.  
 Quin trepidis insultat: itan' vilescit inquis  
 Rex meus, heus tali crimina digna specu!  
 Ite, perite, meos ausi temerare penates,  
 Vix obolis digni, me licitante, tribus.  
 Post ea pensilium fastidia longa viarum,  
 Plaustraque sannarum, figo deinde pedem.  
 Non nisi cim merium noctis chaos horret opacæ,  
 Officio desunt lumina aperta suo.  
 Aurea libertas, tacito sic pectore necum  
 Cogito, tu quantum prosperitatis habes?  
 Liber homo quantò melior, quam vincitus, in atro  
 Carcere (nil aliud) cerno, subinde gemens.  
 Nox erat, ast vigiles faciunt insomnia curæ,  
 Sollicitudinibus mille fatigo caput.  
 Palpo locum cubiturus humi; neque culcitra culmo  
 Nupta, quod optabam, nec datur ulla quies.  
 Luna sit an phœbus, noctisve vel hora diei,  
 Nescio lucis inops, tempora stare ratus.  
 Quid faciam? reputo, tumidis freta rauca procellis  
 Belligerant, Zephyrō flante subinde silent.  
 Languida spes affert miseris solatia rebus,  
 In tegula stat adhuc inferiore salus.  
 Somnus ab ore fugit, quamvis loca foeta tenebris,  
 Cassa soporiferum grana papaver habet.

Sed tamen assurgens animo, me celsior ipso,  
 Increpo me; quare te dolor angit iners?  
 Orphana non flebit soboles tua fata, nec uxor;  
 Quod gemis, in fatis crede fuisse, malum.  
 Mox ego, quos turris thalamo mihi junxit eodem,  
 Excito, miscendos ordior ipse sales.  
 Et licet alter ait, defessa sopore gravari  
 Lumina, percurrens ungue fricante caput:  
 Alter acerba suæ repetit discrimina sortis,  
 Indocilis tristri fingere mente jocum:  
 Cogo vel invitos mecum vigilare sodales,  
 Ridiculis aptans verba coacta modis.  
 Excutiunt somnum, turris fit iniqua theatrum:  
 Inque vicem luctus fabula læta fluit,  
 Sic ubi fando diu fuerat vis lusa doloris,  
 Obruit injussus lumina fessa sopor.  
 Jam bene dormitum nobis: clamore remugit  
 Turris: adeste viri, prandia prima fero.  
 Mittitur in turrim candela, dapésque sequuntur,  
 Puls tenuis, scissus panis, ovina caro.  
 Quin etiam rubri nobis datur amphora vini,  
 Et simul adjunctus potus adustus erat.  
 Fistula terna simul, factura coronida mensæ,  
 Additur, & gratum, quo repleatur, onus.  
 Ac licet impatiens totis dolor ossibus haret,  
 Dissimulat stomachus, nam caret aure, malum.  
 Sic editur, bibitur, Cynicas hic cogito mensas,  
 Quisque sibi sedes, mensaque quisque sibi.  
 Quæ trahimus geminata bolos suspiria vincunt,  
 Et cibus in cholera creditur ifse nigram.  
 Siccine mitescit feritas, Vandenter, amicis  
 Ut dapibus jubeas me sociosque frui?

Solis inaccessam radiis tua gratia turrim

Ingriditur? miror, laudo subinde virum.

Scilicet humanum pectus vel in hoste probandum:

Mitior est primis sors, licet atra, minis.

Non miseranda diu latuit, licet ipse latebami,

Sors mea, vicinis fabula facta locis.

Ut mediastinus peenas dare sturra ferebar.

Et mala, quam paterer, deteriora pati.

Fama per ora volans populi fit publicus error.

Nec tamen in video, gratus hic error erat.

*Schryveinbemie Prelata Domus à sanguine claro*

*Edita, Parthenii luxque decusque Chori;*

*Et Domini Germana mei Soror audiit, inter*

Tot mala nemo piam quod mihi praestet opem:

Indoluit miserata vices, clementia quacum

A teneris crevit, nobile munus Heræ.

Non patiar crudele malum, generosius infit,

Imperat auxilium ferre tenellus amor.

*Scriba fidelis ades, Domine cape verba jubentis,*

*In Saffenburgum protinus ire jubet.*

Ne renuas illuc *Domina* perferre salutem,

Una salus poterit pluribus esse salus.

Sunt ibi, quostenebris famosior abdidit atris

Immeritos carcer; nil muliebre peto.

Dic, agè, libertas miteris si longius absit,

Innocuis sedes detur honesta reis,

*Emmerich ille fuit cognomine Scriba, datamque*

Non obiit spartam segniter ille suam.

Lucateno *Scribam* cernens ait: advena salve;

Comiter affatus *Scriba*, reponit, ave:

Impatiensque moræ, commissa fideliter explet,

Unde sit, exponit, quidque requirat, ait.

Collo-

( 24 )

Colloquium felix ! sit homo, leo creditus ante,  
Carcere laxari me sociosque jubens.  
Lætius affulget sudum post nubila Cælum,  
Qui calor obriguit primus, in ossa redit.  
Mittitur in turrim funis, nova scala salutis,  
Credite, Captivis credita scala Jacob.  
Orpheus Euridicen Stygiis sic duxit ab antris:  
Et socii formam miror, & ille meam.  
Exutio vestem, tetrī erat obsita squamis,  
Et male concretas pectine cribro comas.  
Ora lavo, mœstum retinent tamen ora colorem,  
Talis ab aspectu Gorgonis esse solet.  
Lucateno dejecta tuens interprete vultu  
Pectora, libertas est propè dulcis, ait.  
Non nisi carcer erit vobis ager arcis amoenus,  
In medio nullus carcere carcere erit.  
Liberius cælum dabitur; Germana sed esto  
Inviolata fides, quarere nolle fugam.  
Spondeo, juro fidem ( quid enim jurare recusem ? )  
Dimidiata mihi sic fuit empta salus.  
Interea mirata Patrem Kopff Dussela vidit  
Sæpe Palatinos sollicitare Lares,  
Et Baro de Bongardt, Dominus meus, acriter instat  
Scribere Trajectum, quò mihi curet opem.  
Certat uterque mihi succurrere: qualis amantum  
Gratia ! sic audax blandior ipse mihi.  
Quin mea discurrit Matérque Patérque, quietos  
Asperitas sortis non sinit esse meꝝ.  
Tanta patrocinii valuerunt pondera tantum,  
Ut mihi libertas his sit emenda viis.  
Bello Trajecti captus Capitaneus erga  
Me permutedetur, fiat ut absque lytro:

Quive

Quive vices Praefete geris Schleidane , retentus  
 In Juliacensi qui miser Arce sedes.  
 Non tamen arrisit , quamvis data legibus æquis  
 Optio ; plus Gallo diva moneta valet.  
 Est mihi , dicebat , ratio palpabilis aurum ;  
 Hoc sinè quid frustra perdere verba juvat ?  
 Absumus à portu , pandant nisi munera portum ;  
 Si sapias , nummis velificare datis.  
**Captivum Germanus amat sic glubere Gallum ,**  
 Nota favet Gallo regula : redde vices.  
**Fabula sim vulgi , fuero si mitior æquo :**  
 Est scelus ulturis hostibus esse pium.  
**Verba loqui prædura jubet spes æris avara ;**  
 Sacra fames auri relligione caret.  
**Est Dea , lunato servit cui poplite Gallus ,**  
 Splendicat auratis ambitiosa comis.  
**Propitium spectata solet jus dicere captis ,**  
 Imperium captis triste negata facit.  
**Scilicet expertus , rutilæ sit gratia Divæ**  
 Quanta , loquor , nostris sola medela malis.  
**Jamq; redux La Croix Chiliarcha fit agmine longo ,**  
 Vox hominum noctu pigra canūmque filet.  
**Diruta te memorant , Herostrate , Fana Dianæ ,**  
 A cupidâ famæ Fana cremata manu.  
**Plus La Croix nostro memorabile gesfit in orbe ;**  
 Facta gemat Rhenus ; Mosa , Mosella stupent.  
**Julia , te quoties in aperta pericula duxit ?**  
 Dic , quot aratores is tibi clepsit equos ?  
**Quanta virūm gemuit juvenūmque corona sub illo ,**  
 Non aliter , duro quām solüenda lytro ?  
**Hem La Croix , implex numeros qui nominis , audi ,**  
 Auguriūmque cave : Crux habet ipsa Crucem .

Lanipedes quamvis Divi, mola lenta Deorum;  
 Jam molitur meritis digna farina tuis.  
 Glandine Buda jacet medium per corpus adacto,  
 Lucateno prædis natus, imago tui.  
 Huic moluere Dii; patriæ nam proditor hosti  
 Serviit invito Cæsare, jure, fide.  
 Ante dies paucos tumulanduni *Julia* vidi;  
 Mitia vix unquam fata rebellis habet.  
 Ipse Patris *La Croix* comitatum Filius auxit,  
 Egregiè docilis jussa paterna sequi;  
 Titier & Jardin, Mollin, Bornville, Lionque,  
 Ejusdémque rapax furfuris omne genus.  
 Hos ego prædarum *Corypheos* ordine primo  
 Cum tueor; vultum, nomen, equosque noto.  
 Instar adorantis, curvam precor ipse salutem,  
 Gratulor, incolumes hic rediisse Duces!  
 Ingeniose timor docuisti talia fari;  
 Vulgus amicitias utilitate probat.  
 Docta lucraturis oculos sic fletibus aptat  
 Præfica, Democritus mollibus ora jocis.  
 Hæc ego Germanus: novi meliora, proboque,  
 Pro ratione statu, deteriora sequor.  
 Mox *La Croix*, famulata cui manus omnis in armis,  
 Huc ades, alloquio Teuto beande meo?  
 Méque sedere jubens, verbis ita comibus infit:  
 Captus es? & quali captus, amice, modo?  
 Quomodo servitum capto? quid, amabo, rependes,  
 Si licet ad patrios hinc remeare Lares?  
 Hic quid agam? nec Apollo meos imitabere gestus;  
 Hic rhodus, hic saltus! verso, reverso caput.  
 Eloquor at tandem: laqueos mihi Buda terendit,  
 Bethlemico captus sum malefaustus agro!

Libera

Libera tutus eques properare per arva putabam;  
 Quo minimè rebar tramite, cassis erat.  
 Spe melius mecum ( simulanda Venefica Turris )  
 Proloquor, est actum; sed meus esse peto.  
 O utinam fortuna mihi sperata faveret,  
 Acdaret aggestas Pygmalionis opes!  
 Gauderem, nec inulta foret, quæ præstata nobis,  
 Gratia, vix meritis æquiparanda meis.  
 Id studii natura dedit, fortuna negavit;  
 Non ego centenis jugera bobus aro:  
 Non mihi frumenti granaria mole fatiscunt,  
 Influit haud loculis divitis unda Tagi.  
 Cælibe me quadrâ, paucis alo censibus; uno  
 Curta penus calami parta labore venit.  
 Non ita fortunas augent memorando thrasones,  
 Quale meum refert extenuare statum.  
 Captus inops gaudet, dives procu's ære videri,  
 Non malè fortunæ conveniente dolo.  
 Non capitur vulpes laqueis annosa dolosis,  
 Est aliquid suadæ deficientis, ait.  
 Gallica deest ratio, solus mihi Tullius, aurum;  
 Si numeras aurum, tunc mihi rhetor eris.  
 Verba miser frustra nil proficiencia perdo,  
 Deux cens pro lytro pendere jussus Ecus.  
 Dura moneta fuit pendenda, nec obstrepo duro,  
 Ut generet mollem dura moneta virum.  
 Quid facerem? nullius erat mihi copia nummi,  
 At mihi de regno paupere saccus erat.  
 Elicies forsan liquidos è pumice fontes;  
 Elicies facco nulla talenta meo.  
 Unde dabuntur ecus deux cens? proclivis egestas  
 Conflio, promptam mox meditatur opem.

( 28 ) 96

Sedibus avulsum patriis hærere sub i<sup>c</sup>tu  
Ambiguæ sortis , non probo , tolle pedem.  
Mitte moras , præsens occasio servit ; iniquum est ,  
Ante capillatam nolle tenere deam ?  
Est Hera . Schyveinhemia summè Venerabilis & Edi ,  
Abbatia gestans Relligiosa Pedum :  
Sollicita fidenter opem , feret illa rogatam ;  
Jam tibi submicuit gratia suavis Hera .  
Non equidem surdo cecinisti tristis egestas ;  
Callida quod filum das Ariadna , sequor .  
*Schyveinhemium* nostro lugubris epistola questu  
Fœta datur , perfert quam citò cursor equus .  
Quam legis , à minimo peraratur epistola servo ,  
Esto styli crimen deficientis habet .  
Intenebris sedeo , sidus mihi fulget amicum ,  
Eripiar tantis Sisyphus ære malis .  
Da veniam *Pralata* mihi , temerarius ausim  
Immeritam quòd opem sollicitare tuam .  
Dat veniam Nereūs , tabulæ si naufragus hæret  
Navita , sic veniam *Sacra Virago* dabis ;  
Si rapio tabulam , fiducia præstat eandem ,  
Remigiis tento vel superare tuis .  
Terrogo pro Capto ( promitto refundere liber )  
Ne fugias paectum persoluisse lytrum .  
Munificam mitéisque canam , dum spiritus artus  
Hos reget ; in tumulum pectora grata feram .  
Plura quidem scripsi , laconismo scripta retexo ;  
Conscia tristitiae littera scripta meæ .  
Jámque meæ *Pralata* preci cum præbuit aurem ,  
Et mihi speratæ pignora misit opis :  
Per placet hic Domino *La Croix* ruber æris acervus ,  
Inque sinum gaudens , tollit utrâque manu .

Mox

Mox ubi , tu solus sanctus , Dominusque cachinnans  
 Dixerat : heu expers religione jocus !  
 Inseruit loculis , spolio locuplete repletis ,  
 Et mihi conductum scripsit , abire jubens ;  
 Méque manu prendens , Superi tueantur euntem ,  
 Dixit , ut in laqueos non recidivus eas .  
 Sed remanere parum placeat , tibi prandia restant ,  
 Prandia , speratum s̄epe , datura vale .  
 Symbola pensa fuit , carus malè suppudet emptor ;  
 Spernit inaudaces mensa thorūisque viros .  
 Pareo , mensa datur , salibus mihi prorogo tempus ,  
 Ebria Germano pocula more bibens ,  
 Ne querar , exceptus fuerim quòd ab hospite parco ,  
 Undique vitrorum sum scopus unus ego ;  
 Desipit in medio blandum mihi gutture vinum ,  
 Ut referam invisa sobrius arce pedem .  
 Prandia clauduntur , rursus pede stante bibendum ,  
 Incaluit multo frons rubicunda mero .  
 Ergo valere jubens socios , quos fecerat usus ,  
 Schyveinhemio missum scando libenter equum .  
 Cum Ducibus miles repetitum clamitat Adieu !  
 Est bene , per portas impiger arva peto ;  
 Scribāque Pralata mecum , Praes̄que Sacelli ,  
 Hicasinā Christi more , sed alter equo .  
 Schyveinhemium properamus , equi latus ocrea pungit ,  
 Flectitur in gyrum , conduplicatque vias .  
 Scilicet hoc suadet famosa parcmia vulgi :  
 A Domino poto potus habetur equus .  
 Quin pecus arcadium bardas simul arrigit aures ,  
 Exiliensque putri gelticulatur agro .  
 Sic petulanter itum ; Nicolai vespere sero  
 Ad Sacra Schyveinhemii Te&a redire datum .

Gratulor ipse mihi, qualis mare mensus iniquum,  
Tutior in portu vista pericla tuens.

Non poteram meliore frui, sic conscientia testor  
· Sidera, Schvrenhemius quam mihi portus erat.

Nec tamen in portu requies sperata; sed ecce

Dicitur arrestum solibus octo mihi:

Suavius arrestum! nec enim vis hostica mandat,  
Sed nova, quæ patior, vincula mandat amor.

Namque melancholiam Pralata, meosque timores  
Viderat, è vultu lecta colore mei:

Blandius affatur: narrat de bobus arator,  
Navita de ventis; dic tua damna redux.

Parthenio presente Choro, mala passus ad umbrum,  
Sic tamen, ut summus vix retegatur apex.

Fas nec erat longam seriem texisse malorum,  
Ne mala Nobilium pejus in aure crepant;

Diūnque meo narrando datur medicina dolori,  
Sæviat in teneris mentibus iste dolor.

Suavius exilium patior sub Virgine Tejo,  
In patriis verè sedibus esse ratus.

Quid potius laudem Prelata? modestia laudes  
Cùm fugit, in laudes parciōr ibo tuas.

Nobilitas virtute genus, quod ducis avitum,  
Nobilior titulis grandibus Ipsa tuis.

Fama Perillustris Bongardica claret ubique:  
Stemmati in lumen quanta Lucerna venis?


Ingenio polles, superat prudentia Sexum,  
In publico quantum munere fortis Atlas'

Cætera quid memorem? clementia sufficit, alte  
Æmula Diis, signum nobilitatis habens.


Nullus inops queritur ( nec ego ) retulisse repulsam;  
Mollius est pectus sindone, credo, tuum!

Nec

Nec peregrina cano : mensâ fruor octo diebus  
 Advena , quâ poteram non meliore frui.  
 Plus erat ; alloquo *Prelata* beare clientem  
 Non fugis , in servum facta Ministra tuum.  
 Sic premitur luctus , luctusque pedissequa febris ,  
 Pallida sic rediit primus in ora color.  
 Interea *Matrem* , *Patrem* , *Dominum*que *Toparcham*  
 Commoneo , vincitus quod modò liber eam.  
 Jamque dies octava mihi , magis aurea festo ,  
 Iverat ; arresto jam satis , ajo , datum :  
 Daveniam *Prelata* ; domum repertissè paternam  
 Fert animus , grates mille reservo memor.  
 Sic ego dimissus , duodenâ luce Decembribus  
 Fio redux , *Ubiis* advena notus agris.  
 Dum redeo , festum duplex erat : anxia Nati  
 Mater in amplexus flensque jocansque ruit.  
 Claudite jam rivos pueri , sat prata biberunt ;  
 Tristibus & novit ponere Naso modum.








MB

o diebus  
ore frui.  
ientem  
stra tuum.  
equa febris,  
lor.  
ue Toparcham  
ò liber eam.  
ea festo,  
atum :  
e paternam  
o memor.  
bris  
gris.  
a Nati  
sque ruit.  
erunt ;  
nodum.



492

Patch Reference numbers on UTT Serial No. \_\_\_\_\_  
Image Engineering Scan Reference Chart TE263



Lxx 4  
Sekund. Folge

S. I - 32

S. 49 - 112

S. 129 - 144

S. 113 - 128

S. 33 - 48

S. 145 - 151

S. 1 - 31

368

K. A. Stauff & Co. Köln  
Antiquariat  
Buch- u. Kunsthändlung  
Grosse Budengasse 14

MBL 000368

Die ersten  
drei Jahre  
der Christen  
heit  
in der  
Welt  
und  
die  
Geschichte  
der  
christlichen  
Kirche  
bis  
auf  
die  
Zeit  
des  
Heiligen  
Paulus  
und  
der  
Apostel  
in  
den  
Jahrhunderten  
seit  
dem  
Anfang  
der  
christlichen  
Ereignisse  
bis  
auf  
die  
Zeit  
des  
Heiligen  
Paulus  
und  
der  
Apostel  
in  
den  
Jahrhunderten  
seit  
dem  
Anfang  
der  
christlichen  
Ereignisse

1830

1830